

Tabula 48.
CHRYSANTHEMUM CARINATUM.

SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

CHAR: GEN: *Recept. nudum. Pappus marginatus. Cal. hemisphaericus, imbricatus: squamis marginalibus membranaceis.*

CHRYSANTHEMUM *carinatum*: Foliis carinosis subbipinnatifidis dentatis, calycis squamis carinatis. v.

Habitat in Marocco locis arenosis. Floret aestate sub dio. Regeneratur seminibus.

Planta annua carnosae.

Caulis petalis et ultra teres glaber basi ramosus.

Rami longi erecti uni vel multiflori.

Folia carnosae pinnatifida vel bipinnatifida, lacinis glabris linearibus obtusiusculis dente uno alterove notatis.

Flores pulchri solitarii.

Pedunculus uniflorus elongatus teres tenuissime sulcatus.

Calyx communis hemisphaericus imbricatus, squamis interioribus carnosus carinatis apice scariosus, interioribus elongatis margine et apice scariosus membranaceis.

Corolla composita radiata disco atropurpureo hermaphrodito, radio femineo candido basi flavescente.

Corolla propria disci hermaphrodita- infundibuliformis, limbo quinquefido reflexo.

Corolla propria radii feminea, ligulata abovata obtusa, inaequaliter emarginato-quinquedentata.

Stamina hermaphroditis. *Filamenta* 5, brevissima. *Antherae* in tubum conatae intra corollae tubum.

Pistillum hermaphroditum, inaequaliter compressum triquetrum. *Stylus* filiformis longitudine staminum. *Stigma* bipartitum patens.

Pistillum floris feminei, germen et stylus ut in hermaphrodito. *Stigmata* vero revoluta.

Semina inaequalia oblongo-triquetra alata, alis membranaceis subdentatis.

Receptaculum convexum nudum carnosum.

Planta magnitudine naturali.

a. Planta naturali magnitudine. b. Flos hermaphroditus efflorescens.

c. Idem defloratus. d. Flos femineus. e. Semen. f. Receptaculum cum calycis partes.

Omnes fructificationis partes sunt auctae.